

Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, De Oratione
Mentali Et Mysteriorvm Vitae D.N. Iesv Christi &
benedictae Matris eius meditatione**

Arias, Francisco

Coloniae Agrippinae, 1616

Cap. XXIII. Christi merita non pro se solo offerre Christianus debet sed
etiam pro alijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48934](#)

A.P. XXII.
net si enim
qua Chri-
s operibus
atisfactio-
q; & Chri-
ramen vi-
actualis &
io & vni-
vt bonoru-
n, & labo-
o longeſt
hoc adē
s & infor-
& Sancis
est, vſe
ſteſtārū-
, conuer-
Saluatoris
iſ fascicu-
offerrem
deerant,
video in-
, fed deſ-
a, & vi-
non pro-
despon-
faturus
sum

DE ORAT. MENTALI. 263

sum, quidque mihi defuerit, à
Christi Passione mutuor.

CAP. XXIII.

Non pro se solum Christi virtutes pe-
tere ac eius merita Deo Patri of-
ferre, sed etiam pro proximo, homo
debet.

Quo verò hæc petitio & Chri-
sti meritorum virtutumque
eterno Patri oblatio, illi fiat
gratior animæque fructuosior, non
satis sit homini, vbi hos in se affect°
experitur, has sibi soli duntaxat vir-
tutes petere, aut Christi merita ac
virtutes p se solo offerre, nisi simul
finium caritatis dilatando, & misé-
ricordiæ viscera aperiendo, hęc pri-
mō Ecclesię vniuersæ petat, quam
affectuosissimè contendens, vt hanc
ipse Deus per vniuersum terrarum Petendū,
orbem extendat, in sui amore ac
fide augeat, ac virtutibus floren- & merita
tem efficiat. Deinde primarijs e Christi of-
iusdem capitibus, tam spiritua- ferenda,
libus, quam temporalibus, scilicet pro viuis,
Simo Pontifici, Episcopis, Prélatis,
Regi-

264 FRAN. ARIAS CAP. XXIII.
Régibus ac Principibus Christianis
à Deo postulando, verum vt illi
gloriæ suæ zelum & perfectam ca-
ritatem, vt benè, velut viri secun-
dum cor ipsius, suos gubernent, ob-
cedat. Adhæc omnibus Ecclesiæ fa-
tibus, Clericis, Religiosis, com-
munitibus, coniugatis, quò copio-
ijs detur gratia, vt integrè status la-
partes compleat, & munia sua per-
fectè exequantur. Item inimicis Ec-
clesiæ, Hæreticis, Iudæis, Saracenis
ac reliquis infidelibus, quò sanctissi-
mæ fidei suæ lumen ijs oriri per-
mittat, & ad salutare Ecclesiæ suæ
gremium ipsos pertrahat. Com-
mendet post singularium Deo ne-
cessitates, eorum præsertim, ergo
quos ipse particulariter obligatus
est, aut singillatim honorem debet,
& præsertim eorum, qui sui fuere
inimici, aduersarij, aut iniuriam ali-
quam intulere. Nam oratio pro ijs
fusa & Deo gratissima, & ingentis
suavitatis est sacrificium. Ijs autem
à Deo dona & virtutes petendo, et
dem operâ Patri æterno Christi Do-

mini merita ac virtutes offerat, quod melius postulata, ut diximus, obtineat. Cum petitione autem quam faciet, offerre etiam rosarium hoc, & alia quae post recitaturus, & quae facturus est opera, & quas eadem ob causam sustinebit molestias, potest, Christi meritis & virtutibus omnia coniungendo, & in horum vniione & virtute eadem Deo Patri, ad gloriam suam, & ad vniuersalis Ecclesie aliorumque pro quibus oravit, bonum offeret. Eadē & erga animas purgatorij caritas exercenda, Deum functis.

orando, ut à grauissimis, in quibus

agnit, cruciatibus ac tormentis eas eripiat.

Non est autem, quod quis metu- Pro alijs
at, ne èò quod erga alios liberalis qui orat,
obligans non ipse
em debet, si aliquid eorum, quibus ipse opus se fructu
habet, sibiique desiderat, amittat: priuat.

quin potius hoc pacto melius rem
suam agit, pro alijs orando. Triplicē Triplex
quippe oratio iusti effectum habet. Orationis
primò maiorem gratiam & gloriam Mereri,
meretur; dein satisfacit pro poenit. Satisfac-
que in purgatorio luendæ sunt: qui re, Impe-
trare.

266 FRAN. ARTAS CAP. XXII
duo effectus in omnibus boni vi-
opéribus inueniuntur. tertio ven-
orationi id propriū , vt à Deo don-
obtineat. Certum igitur est, ho-
nem , quando caritate motus pro-
proximi orat bono , nihil omni-
de merito suo aut satisfactione pa-
dere ; quin potius, quia huiusmodi
oratio ordinariē ex maiori soleca-
ritate procedere, maioris fit mens
& satisfactionis, quam si pro se soli
oraret. quin etiam, quantum ad fin-
etum impetrationis , nihil omnino
illi decedit , imò potius lucratu-
nam ob illam, quam erga proximum
exercet caritatē & misericordiam,
liberalius & copiosius dona grata-
asque illi Deus quas sibi postular co-
cedit . Si verò non illi satisfi-
proximo orare , illi dona diuinava-
diximus petendo , nisi & simul illi
bonorum operū, orationum, & de-
uotionum suarum applicet satisfa-
ctionem, hęc pro eo atque imprimis
animabus in purgatorio gementibus
offerendo, tunc, et si fructum sati-
factionis sibi non lucretur, sed pro-

DE
ximov
rio pa
hum si
rem ga
lucrati
terine
gradu
pus ho
gissi
mus, c
ristate
Ho
serius
tum si
si ante
numen
confid
facien
totum
medici
hil ref
coilla
petiti
sumus
ciam
loco
tam n

P.XXII
DE ORAT. MENTALI. 26,

boni viventi, ac animæ in purgatorio patienti eum conferat; tamen hunc sibi facit im, ut nempe maiorem gratiam & gloriam obtineat, qui satisfacatur. hic enim communicari aliter nequit. Nec solum æquali illam meretur & impetrat magis. his hoc pro proximo offerens, magis.

nam vti diximus, communiter hoc à maiore castitate nascitor.
Hoc igitur modo petitionem Dei seruus exerceat. Atque hæc sunt, quæ tum sibi, tum proximo petenda sunt. Hanc autem tempore illo, quod oratione mentali horumque mysteriorum considerationi præfinuit, petitioni faciendæ locus non fuerit, eò quod totum id sensui & affectui quem è meditatione haustis, impenderit, nihil refert. nam omni tempore & loco illam orationis partem, quam petitionem vocamus, peragere possumus. præsertim si interius eam faciamus: cor enim omni tempore & loco ad Deum fastollere possumus, tum nobis, tum proximo, erga quæ-

M 2 hanc

268 FRAN. ARIAS CAP. XXII.

hanc exercere caritatem volum

Orare pro dona & charismata cœlestia pete
proximo do. Hunc affectum porrò & studium
Sanctorū desiderandi, petendi, & non sibi sol
eit.

sed & proximo laborandi, omnium

Sanctorum suorum cordibus. Chri
stus impressit. Ita de se hoc testau

2. Tim. 2. Apostolus, dicens: Omnia suscipi
propter electos, ut & ipsi salutem con
sequantur, quæ est in Christo Iesu,

1. Cor. 10. cum gloria cœlesti. & alio loco: Ne

quærens quod mihi utile est, sed quod

multis, ut saluisciant. Quod autem

ipse faciebat, & omnes fideles fac
re vult, eos rogans, ut in hoc se imi
tentur, ut ipse Christum imitabatur,

1. Tim. 2. dicens, Obsecro primum omnium fra
tri obsecrations, orationes, postulati
ones, gratiarum actiones, pro omnibus

hominibus, pro regibus & omnibus qu

in sublimitate sunt, ut quietam &

tranquillam vitam agamus, in omni


1. Cor. 10. pietate & castitate. & alibi, Nemo

quod suum est querat, sed quod alterius, id est, Nemo suo duntaxae com
modo, aut consolationi, sed & pro

xim rebus studeat, pro omnibus o

rando

P.XXII.
volum
estia pete
& studiu
on sibi sol
li, omniv
ibus. Chri
oc teatru
nia suffi
alutem
bristo le
loco: no
t, sed quo
uod autem
deles fac
nac se ian
nitabatur
nnium fi
postulati
ro omnib
mniibus qu
uietam
s, in amo
oi, Nem
quod alie
axae com
ed & pro
mnibus o
rando eosdem ædificando, & prout
pocuerit omnibus benefaciendo.



PARS TERTIA.

IN QVA AGIT V R,
DE IIS, QV AE IN SAN
CTO HOC ORATIONIS
mentalis exercitio, & Sanctorum
mysteriorum consideratio
ne seruanda sunt.

CV M dixerimus, quomodo ad
sanctum hoc exercitium para
re se debeat anima, deg̃, rebus
qua meditationis tempore consideran
da sunt: & cum affectus quos hinc eli
cere debet, prosecuti simus; iam ali
quot documenta quibus homo in hoc
exercitio iuuari, meliusq; proficere
posit, & quibus dubia que aliquibus
forsitan occurrant, declarentur, &
aliquot errores ac defectus, qui hic con
tingere possint, impedian tur, propone
mus: Nam quoniam exercitium hoc

M. 3 in se